



**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

De Prima Qvæstione. An iurare sit prohibitum, cum in Matthæo expresse
dicatur: Ego autem dico vobis, prorsus non iurate.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

It sit
s, &
nus,
qua-
in pu-
ebebit
urpâ-
quam
intum
multi-
et roga-
zat en-
am, &
Pue-
m: ogo-
is con-
it, &
tradu-
rmat.
od nos
epéco-
menta-
futur-
obser-
rior

more est: *Iuramentum est assueratio de re possibili & licita, sacræ rei attestatione confirmata.*
Mixtius est cum dicimus, esse assuerationem cum invocatione ipsius Dei, ut sit testis & vindicatrix. Quia sic fit confirmatio dicti, videlicet invocatio Dei, ut sit testis & vindicatrix. Obscurius nam dicitur, cum nominat rem sacram.

Hec de definitione breviter dicta sunt. Nunc
videnda sunt explicationes sequentium quæsti-
onum.

- I. *An iurare sit prohibitum aut concessum.*
- II. *De quibus rebus iurari possit.*
- III. *Quæ iuramenta sint irrita, & non sint iuramenta.*
- IV. *De iuramento quod vi seu metu coacti facimus.*
- V. *Quomodo sit iurandum.*
- VI. *Quis possit iurare.*
- VII. *Quæ sit interpretatio non sophisticata iu-
ramenti.*

DE PRIMA

QVÆSTIONE.

An iurare sit prohibitum, cum in Matthæo expresse dicatur: Ego autem dico vobis, prorsus non iurare.

*Hac questione Anabaptistæ multi turbarunt
Polii*

Politica vincula in ciuitatibus. Sciendum est igitur sive nulla dubitatione, verum iurare esse opus suo genere bonum, et a Deo ordinatum et concessum. Quia lex Dei Deuterono. 6. expresse inquit: Per nomen eius iurabis. Et ad Heb. 6. Omnis controversiae finis est iuriurandum. Et praecepsuum vinculum est politici ordinis.

Constat autem Politicum ordinem a Deo institutum et approbatum esse. Non dubium est igitur et iuriurandum approbari. Et Paulus magna exaggeratione iurat Roman. 7. Veritatem dico in Christo Iesu, &c.

Quomodo igitur dictum in Matthæo lenitem dum est? Respondeo: Rectè institutis, et intelligentibus discrimen Legis et Euangelij ac politici ordinis, facilis est explicatio. Totum illud caput loquitur non de politico ordine, sed de legis interpretatione, quæ singulorum corda arguit. Ut non tollit Politicam defensionem, cum inquit: Non resiste malo. Nequaquam n. hic constituit Politiam, sed singulorum corda arguit, sicut antea dixit: Qui concupiscit alterius uxorem, est mechus. Ita hic læsi, praesertim iniuste, incenduntur cupiditate vindictæ, et ira, et dolore ardentes monent imperia, sicut Coriolanus intulit bellum patriæ, de quo dicit historia: Οὐδὲ πάντα τὸν θρόνον αἴπικος μόνος οὐδὲ οὐτὸς τρόπος, ἀλλὰ τοι πικρος οὐδεὶς.

Iam Deus in interpretatione legis ostendit
meatum esse, non solum externam cœdem, sed et
umillas flamas odio & cupiditatis vindictæ te-
mè errantes. Quasi dicat: Non loquor iam de
defensione Politica, cum poteris eam habere vta-
rio. Nunc tecum in iudicio Dei de tuo corde lo-
quor, agnosce inordinata incendia cordis tui, quod
frenit aduersus Deum, & inordinatè cupit dele-
raduersarium.

Ita de Iuramento non prohibet Dominus iu-
rementa sancta lege Dei, vel ordine Politico.
Quasi dicat. Utaris ordine Politico cum opus est,
cum seorsim futilitatem cordis humani accuso,
quod non considerat, quam formidabile vinciu-
lum sit iuramentum, & quantum malum sit Deo
cum contumelia afficere, cum inuocatur, ut sit te-
sin mendacij. Itaque multi facile de qualibet re
uunt, multi fingunt nouas formas iurandi, &c.
Talia multa vitia Dominus simul taxat.

Restat igitur hoc, quod nequaquam prohibita
sunt iuramenta, quæ non fiunt temerè sed cum ma-
gistratus & iudices postulant, aut alia necessitas
quia textus perspicue dicit: Omnis controuersiæ
suis est iusinrandum. Et hcc iusinrandum dela-
lam à magistratu vel iudicibus, Græc in nomine
τέκνον επιτάχει.

Alij respondent hoc modo: Dictum in Mat-
theo tantum prohibet modos illicitos, Non per
cælum,

cœlum, Non per terram. Nam cum iuratio sit
imperatio Dei, ut sit testis et vindicta, manifes-
tum est alios modos illicitos esse, quia sunt impo-
sitiones creaturarum.

Secundo: Si autem forma iurandi per crea-
turam excusatur tanquam sponsio, qua aliquid
deponitur, ut, Veniam aut dabo tibi decem au-
reos. Hæc sponsio non potest fieri, nisi de rebus
nostris, quas transferre possumus. Ideo non faci-
enda est per cœlum et per terram, nec per caput
nostrum, quia hæc non possumus alteri tradere,
et de nostris membris recte dicitur a Iustis consub-
stis, Nemo est dominus membrorum suorum, jux-
ta dictum, Non occidas. Nostra corpora membra
sunt Dei, et utendum est eis ordine a Deo in-
stituto.

Maxime autem consideranda est particula:
Sit sermo vester, Est, est, Non, non. Vbi manda-
tur, ut simus veraces, et sciamus Deum et postula-
re hanc virtutem a nobis, ut sciamus et ipsum ver-
itatem esse, credamus eius minis et promissionib.
ne fingamus in eo contradictorias voluntates.

Postea inquit: Quod amplius est, a malo est,
Intellige, quod amplius est in iurantibus sine ne-
cessitate, sicut textus inquit: Quod superfluum
est, id a malo est, id est, ab illa futilitate huma-
na, non considerante magnitudinem iurisfuran-
di, quam futilitatem supra taxari dictum est.

Secundum

SECVNDA QVÆSTIO.

De quibus rebus iurare liceat.

Respondeo: Vt ita est vera regula est: Iurare nequam si vinculum iniquitatis. Id venio promittat se factum esse opus lege diuinam prohibitum, et nequam faciat tale opus Dei prohibitum, etiam cum promisit: Peccatum promittens, et adderet peccatum peccato si fueret, ideo nequam faciendum est, ut Hypolitus cum iurauit Phaedras se factum esse peccatum, illa postea petente incestam consueverat, recte dixit, se non obligari iuramento nota sunt eius verba:

Lingua iuravi, mentem iniurata mero.

Hec regula valet in omnibus iuramentis, que non possunt sine peccato praestari, id est, ubi iuramenti obseruatio ita praebet caussam peccati, ut remoto eo vinculo, id peccatum non fieret, ut in voto cælibatus, et votis Monasticis. Talia iuramenta, que sine peccatis praestari non possunt, sunt illicita, et iudicantur esse irrita. Nam Deus inuocandus est, ut sit testis et adiutor rei honestæ, non prohibite.

DE IVRAMENTO

quod metu coacti fas-
cimus.

Si quis iurat hosti aut latroni, ut vitam redi-

mas